



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Industria VII. Modus practicus Omnia in spiritualem & Animæ proficuum
sensum convertendi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

certus sis, quòd valde divites
 meritis & consolatione in mor-
 tuâ te reperiturus sis. Crede hoc
 exequere, ut *DEVS* ac *Dominus*
 noster tibi, mihi, & omnibus
 cecum & perseverantem gratiam
 largiri dignetur. Amen.

INDUSTRIA VII

Modi, omnia in spiritualem
 sensum convertendi.

Septima est, ut ex perfectio-
 bus & proprietatibus creatu-
 rarum sensibilium, quas
 signis aut notis viam tibi affert
 ad proprietates, & bona spiri-
 tualia in Deo tuo vel anima tua
 significata, quasi ad sanctas Contem-
 plationes; atque ita ex aspectu ali-

de divina
 one in me
 Crede hoc
 ac Domini
 omnibus
 tem gratia
 non.

A VII
 Spiritu
 vertendi
 e perfectio
 bus creat
 m, quae
 tibi ap
 ona spirit
 anima red
 etas Cont
 spectu ali
 dimi

dinis, laudabis innocentiam &
 puritatem Beatissimae Virginis &
 D. N. IESU CHRISTI, illamq;
 desiderabis, & pro te precibus im-
 petrare conaberis. Ex proprieta-
 tibus ignis, Solis, aliarumq; reru
 amabis & admiraberis illas om-
 nium nostrum DEI perfectiones,
 que per proprietates dictarum
 creaturarum quasi per symbola sig-
 nificantur. Quo si eodem hoc me-
 dio ac via in humilitate proficere
 cupis, cura, ut ex maculis, quas in
 panno, vestibus, ac linteaminis
 conspexeris. & ex foeditate, hor-
 roreque cadaveris propria cum
 confusione & horrore malos effe-
 ctus colligas, quos peccatum ope-
 ratum in anima tua. & aliorum;

*& ita deinceps loquendo de re-
quis.*

COLLOQVIVM VII

S Apientissime DEVS nostre
tu in creando & conf
vando sensibili mundo,
commodū hominum, tali
do ordināsti res materiales
usum corporis & sensuum
lius, ut simul tamen volue
earum proprietates animab
servire scālæ locò, per qua
intellectu ad cognoscendum
voluntate ad amandum &
siderandum te Creatorem
superperfectissimum, ad ama
dos & honorandos Sanct
tuos, ad desiderandas virtutes
Christi

Christianas ascenderent. Quapropter ego, ut me conformē divinæ tuæ voluntati, in purissimā nivis albedine, quasi in symbolo, adoro, laudo & amo innocentiam tuam omnis peccati expertem, & puritatem, ab omni imperfectione liberam: in ardentibus ignis flammis, benedico immensum ardorem tuæ charitatis: in fertilitate terræ, agnosco & admiror beneficentiam tuæ liberalissimæ creatricis, & conservatricis manûs; in continuâ aquarum de fonte scaturigine, video & summè delector jugi gratiarum tuarum, quas creaturis tuis communicas, largitione;

G 5

tione: ex inseparabili radiorum à sole fluentium conjunctione, quàm facilem viam mihi sterno ad confitendam magnâ cum animi mei lætitiâ omnimodam omnis creature dependentiâ ab independentissimo tuo Esse. Fortitudo Leonis, quâ alijs animantibus excellit, tuam mihi refert omnipotentiam: Elephantis prudentia, infinitam tuam mihi repræsentat sapientiam; affectus tenerimus gallinæ versus pullos suos, infinitam tuam erga creaturas tuas bonitatem mihi demonstrat, pervigil custodia pastoris supra pecora sua, paternam tuam supra homines

mines providentiam mihi denotat; & omnes denique creaturarum tuarum perfectiones, quasi vestigia & imagines tuæ me ducunt (dummodò duci velim) ad inveniendas atque amandas divinas virtutes & attributa tua, & perfectiones, imò etiam Beatissimæ Virginis Dominæ nostræ, ac Sanctorū.

Relucet in rosâ inter spinas positâ suavitas & eminentia. *MARIÆ*, quam obrinet inter alias mulieres; in lilio puritas illius; in Stellis, Lunâ & Sole cognosco influxus gratiarum, pulchritudinem, & universalitatem quandam beneficentię tantæ Dominæ: Aurora, ex

G 6

cuius

cuius sinu sol nascitur, in memoriam mihi revocat Virginales Maternitatem Matris tuæ, ô Verbum æternum! nequæ ulla in Mundo creatura pulchra aut perfecta existit, quæ, si eam oculo mentis considerem, non mihi conducatur ductu suarum proprietatum, ad investigandum amabilissimas maximèque admirandas dotes **MARIÆ**, quæ Miraculum Miraculorum manuum tuarum est.

Oro te insuper mi **DEVS**, ut gratiam mihi concedas, quâ adjuvante frequenter ab his ipsis creatis perfectionibus mentem meam elevem ad petendas

tendas virtutes in illis adumbratas; propono, (ô mi liberalissime Largitor omnis boni) me, si videro virorem herbarum, rogaturum à te veram spem obtinendi auxilium, gratiam & gloriam tuam, si videro albedinem, petiturum puritatem; si colorem rubrum, institurum pro impetrandâ charitate. Volo ut amplitudo terræ, color cæruleus cæli, lumen Solis me excitent ad desiderandam magnanimitatem, Paradisi desiderium, fidei & gloriæ lumen. Verbo; cum divino tuo auxilio ita mecum statuo & concludo, curaturum me, ut omnes creaturæ tuæ

G 7

cum

cum perfectionibus suis dicto modo in spirituales sensum, conuersis totum me rapiant in amorem Pulchritudinum tuarum, aut Sanctorum tuorum, vel virtutum; ut ita omnis res seruiat ad meam salutem, & tuam gloriam, fines scilicet adæquatos, quos in creandis ad meum seruitium creaturis tuis tibi proposuisti. Tu, o mi superdignissime DEVS! adiuua me efficaciter ex infinita tua bonitate, in executione, perfectione & perseverantia. Amen.

PRAXIS PER DIEM.

F Acilè vides (nisi omninò cæcus sis) in præcedente industria

aria apertum thesaurum quendā
infinitarum & valde diversarum
precum (quas jaculatorias dici-
mus) per diem repetendarum,
dum convertere potes perfectiones
bonas, aut pulchras rerum creatu-
rum in sensum spiritualem, appro-
prians illas Domino DEO aut
Beatae Virgini, aut Virtutibus;
pprietates verò vitiosas aut fadas,
peccato aut vitijs; imò si velis, po-
terit praxis ad modum iste tibi ser-
vire pro instituendis longis medi-
tationibus, praesertim in campis,
vel in itinere, si vimirum proprie-
tates creaturae alicuius (Ex: gr:
Solu) intellectu tuo percurreas, ap-
plicando easdem in sensu mystico
Domino DEO, Beatae Virgini,
Virtuti-

Virtutibus; additis proportionatis
affectibus & convenientibus pro-
positis.

Præterea hic ipse modus res in
spiritualem sensum transferendi
si adhibeatur in pellendis distra-
ctionibus aut tentationibus, pretio-
sissimas. & multum utiles ac me-
ritorias tibi reddet diuitias distra-
ctiones aut tentationes, & aut
quâdam mirabili tela, qua tibi no-
cendi causâ demon in cor tuum
intorserat, in cor ipsius retorque-
bis. Si advertas te superbiam tentari
dic: O mi DEVS, adeo me fan-
tice superbum efficias, ut nolum
æstimare nec amare quem quæ-
te inferiorem. Si vana gloria
tentatione pulsaris. dic: Domine

Te,

Te, tibi, & à Te; hoc est: in
operationibus meis Te solum
requiro, non laudem; si tamē
laudem velim, cupio Tibi il-
lam attribui; & si laudem ab
alijs desiderare debeam, à Te
illam exopto. *Si impura tenta-
tio adoritur te, clama: O mi
pulcherrime præsens DEVS,
volo quidem voluptates, volo
delectationes, sed quæ æternæ
sunt, & animam delectant; O
mi IESV sponse dilectissime, te
solum cupio, & non vasa ster-
coris &c. Et ita ages in alijs
tentationibus aut di-
stractionibus.*

* *
*

IN.